

II. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 65.

Politica Mortuorum Colloquia.

Elyslum-Meum. Die Veneris. 14. Sep. 1810. (Neov. 31. Aug. 1810.)

Major rerum nascitur ordo.

Virgil.

Nova Organisatio M. Ducatus Francofurt.

Ex tempore Pacis Osnabrugensis Germanica Natio in tam multifarias divisa regiminis formas, ut ex Principatibus usque pagos S. Imperii Romano Germanici migrare licuerit. Nulla alia in Europa natio id genus varietatibus patuit, quævis majorem habuit regiminis uniformitatem.

Icto Rhenano foedere plures minores Status conjuncti, *Foederatismus* in majoribus partibus erectus, verum destituebatur fortassis adhuc *principiis*, per quæ ad Unionem summi defensoris & *Protectoris* propius adduceretur. — Aequiformitas regiminis æquiformem rerum agendarum ordinem, æqualesque mores generat. Germaniæ excelsi Imperantes supremæ protectioni nulla opportuniore Unionem se adjungere poterant, quam regiminis formam sui Gallioanam ad formam adcommodando. (organisando) Plures Status Unioni favens hoc beneficium jam arripue-

re. **M. Dux** vero **Francofurtensis** mentem suam in hoc argumento sapienti prorsus eximiaque sequente ratione declaravit:

Astiburgi die 27. Aug. Nos **Carolus DEI** gratia **Princeps Primas Rhenani Foederis, M. Dux Francof. Archi Episcopus Ratisbon. &c.**

Dignata est Cæsareo Regia Majestas Imp. Napoleo, die 19. Febr. p. a. erga cessionem Principatus Ratisbon. & Privilegii navigationis Rhenanæ in dextro Rheni latere, potissimam partem Principatum Fuldenis, & Hanav. ea sub conditione cedere, ut hæ Provincie una cum Principatu Schafnaburg. & urbe Francofurto novum M. Ducatum Francofurtensem constituent, atque post obitum nostrum ad Sereniss. Cæsareum Principem Pro Regem Italiæ tum ad M. Ducalis domus sexus virilis posteros ejus devolvantur.

Exigit obligatio nostra, ut residuos vitæ nostræ dies saluti earum ditionum impendamus, quas divina providentia & personalis benevola Imperatoris Napoleonis cogitandi ratio nobis credidit.

Partes constitutivæ M. Ducatus Francof. jam modo totum integrale constituunt. Unio quæ maxime potest, constitutionis huic Statui benefica finique conformis erit.

Optima cogitabilis regiminis forma ea est, in qua communis Civium voluntas per rationabiles leges declaratur; in qua Juris administrationem independentia bene Instituta

Tribunali
testas Pri

In q
Napoleo,
principio
sentantes
sanctione
ministrat
ea & ef
credita.

Inta
rem ven
tio Reg
principia
cofurt.
& sum
poleoni
jam per
batum.

Se
specieli
piorum
Organis

§.
Franco
Princip
te bod
parte

§.
Foede
Tabul
§.
efficit

Tribunalia precurant, in qua executiva potestas Principis moderationi credita est.

In quibusvis, quam auctor Imperator Napoleo, Constitutionibus horum applicatio principiorum elucet — ubivis delecti representantes populi actionem exerunt in legum sanctionem, atque publicorum reddituum administrationem; ubivis legum executio energica & efficax est, utpote Principis manibus credita.

Inter omnes Constitutiones, quæ auctorem venerantur Imp. Napoleonem Constitutio Regi Westphaliæ plurima complectitur principia, quæ ad salutem M. Ducatus Francofurt. applicari posse apud animum convicti sumus. Est ea opus proprium Imp. Napoleonis destinatum Germanico Statui atque jam per regimen Regiæ Maj. Hieronimi probatum.

Secundum limitatiores relationes, atque specialia localia adjuncta ex horum principiorum applicatione sequens profuit

Organisatio nostri M. Ducatus Francofurtensis.

§. 1. M. Ducatus Francofurt. constat urbe Francofurto & ejus territorio, ex hodierno Principatu Aschaffenburgico — maxima parte hodierni Principatus Fuldensis — maxima parte Princip. Hanov. tum urbe Wezlaria.

§. 2. M. Ducatus Francof. partem Rhen. Foederis efficit, cujus Primatialis dignitas Tabulis Foederis nobis delata.

§. 3. Contingens M. Duc. Francofurt. efficit 2800 viros.

§. 4. Post obitum M. D. Frano. devolvitur ad Seren. Cæs. Principem Eugenium Napoleonem, & ab eo descendentes secundum ordinem primogenit. & ordinem success. agnaticum; et deficiente sexu masculino ad Cæsaream Coronam. (Omnia secundum Art. 3. legis fundam. de 19. Febr. 1810.)

§. 5. Sede Archiepiscopali Ratisbonam utprimum translata, mox futurus M. Dux obligabitur Archi Episcopo, quem huic dignitati admoturus, 60,000 Fr. pro sustentatione assignare. Successores futuri M. Ducis in perpetuum huic obligationi explenda obnoxii sunt. (Ut art. 4. cit. legis sancitur)

§. 6. Agnoscimus Nos obligatos vigore Decreti Imperii de Anno 1803 ad reditus persolvendos, qui vigore §. 7. 9. 14. 17. 19. 20. & 27. memorati Decreti Imperii dimidiæ ad rationem partis privilegii Rhenani assignati sunt, obligationique huic secundum tenorem expressum sæpe memorati Decreti satis faciemus. Specialis reddituum hypotheca, quam eorum proprietarii ad dimidiam privilegii partem habuere, pro perpetuo nititur Domaniis Fuldæ & Hanoviæ (vigore art. 6. Tract. de 19. Febr. 1. a.) hujus expletionem obligationis immediate nos ipsi procurabimus.

§. 7. Donatio Suxæ Maj. Galliarum Imp. usque Summam 600,000 Fr, reddituum e domaniis Principatuum Fuld. & Hanov. per nos confirmatur & secuta redditur.

Donatarii horum prædiorum usum fructum habent, seu veræ proprietatis, quæ in-

tra 10 An
licitum q
competen
a re ven
beant. (C

§. 8.
quis diti
& exacte

§. 9.
Lehnek,
tionate co
cipum,
ad Elect
tium. (Ju

§. 10.
que ea c
aulæ, o
bulariam
sonæ no
stræ del
mam, q
congrua
sylvanal
galium,
General

§. 11.
tur, qu
lege, li
diversa
gionum

§.
ciarum
catus a

tra 10 Annos nullo novo oneri gravari potest; licitum quoque iis hæc Jure proprietatis sibi competentia bona alienare & vendere quin a re vendita hæc aliquid dependendum habeant. (Conform. Tract. de 19. Febr. a. c.)

§. 8. Nos curam habebimus, ut debita, queis ditiones M. Duc. Francof. oneratæ, rite & exacte solvantur.

§. 9. Ad reluenda debita, quæ redditui Lehnek, & telonio Vitzbach adfixa, proportionate conferemus in societate illorum Principum, qui in possessione ditionum sunt, ad Electoratam olim Moguntinam pertinentium. (Juxta art. 9. Tract. cit.)

§. 10. Intertentioni aulæ nostræ, cunctisque ea connexis erogationibus in famulatum aulæ, officialatum aulæ, Mensam, rem stabulariam, expensas itinerales, donaria & personæ nostræ provisionem ad dies vitæ nostræ definimus annuam 350,000 Flor. summam, quæ proportioni omni sub respectu congrua est. Summa hæc ex proventibus sylvanalibus, domaniorum & aliorum vectigalium, generatim in ratis quartalibus ex Generali Cassa percipietur.

§. 11. M. Ducatus lege & Constitutione regitur, quæ æqualitas omnium subditorum coram lege, liberumque divini Cultus exercitium, diversarum lege fundam. receptarum Religionum stabilitur.

§. 12. Speciales Constitutiones provinciarum, Urbium & Corporationum M. Ducatus abrogantur, æque privilegia singularum

personarum & familiarum, quatenus cum legum custodia collidunt, hac nihilominus sanctione ea Jura neutiquam abolentur, in M. D. Francof. quæ Tabulis Rhenani Fœderis mediatis Principibus & Dominis attributa, & ii de his securi redditi sunt.

§. 13. Mancipatus abrogatur — omnes M. Duc. Francof. Incolæ æqualibus Juribus fruuntur.

Quoties proventus ex obnoxia servitute & ex ea profluentibus præstationibus essentiali ad commune bonum operam confert, alia æqua compensatio locum habeat oportet, medio repartitionis sufficiens indirectorum vectigalium, Juribus personalibus subditorum minus molestorum & gravium.

Quod si per abrogationem mancipatus private personæ jacturam paterentur, liberum iis relinquitur præensiones compensandorum Jurium suorum persequi, secundum principia in Regno Vestphalia stabilita.

§. 14. Nobilitas ut olim persistit, cum prioribus nomenclationibus & decente æstimatione sui, quin tamen privilegium Jusque exclusivum seu ad munera publica, seu officia & dignitates seu exemptio ab oneribus publicis ex ea consequatur.

§. 15. Unum idemque Contributionis Systema pro cunctis M. Ducatus partibus esto. — Contributione fundo nunquam 5tam reddituum partem excedat. Interea *provisorie* usque æqualem conformationem hodierna Contributionis norma perdurat. Contributio

stigmatis
gestrem
Quodsi p
necessitat
foret, ea
nibus se
portiona
& defig
capite in
cum ha
conform
§. 16.
in Gallia
inducati
per hoc
delibera

§.
intern.
ærarie,
Status
tedio
Cassæ
neris d
um or
ctus es

§.
M. Du
6 Con
perind
siliaris

§.
tio le
in Co
atque

stigmatis & Improtocollatio (timbre & enregistrement) æque ac in Gallia inducitur. — Quodsi præterea nova in ratione publicarum necessitatum auctio præstationum necessaria foret, eæ indirectis personalibusque exactio- nibus secundum gradum facultatum in pro- portione elevata æqua mensura imponendæ & defigendæ. Et in Casu, quo sensus a capite inevitabilis esset, is tunc solum lo- cum habere potest, si desuper constitutioni conformis Tractatio cum Statibus intercesserit.

§. 16. Systema mensuræ & ponderis, quod in Gallia obtinet in universum M. Ducatum inducatur, quod in parte jam factum. Super hoc specialis instructio præmissa matura deliberatione consequetur.

§. 17. Denominabimus Ministrum Negot. Intern. Justitiæ & Politicæ, Ministrum rei ærariæ, domaniorum & Commercii, Ministrum Status Secretarium cui externa negotia, pro- tectio Cultus, inspectioque administrationis Castellæ bellicæ credita, quivis in ratione mu- neris de custodia legum & ex iis promenti- um ordinationum oneri responsionis subje- ctus est.

§. 18. Præsidium in Consilio Status ipse M. Dux gerit. Assessores sunt 3 Ministri & 6 Consiliarii Status, quorum denominatio, perinde ac Generalis Secretarii Status Con- siliarii per nos fiet.

§. 19. Omnes leges de vectigalibus, la- tito legem novarum Civilium & Criminalium in Consilio Status præparanda, disoutiende atque adornanda.

§. 20. Leges in Consilio Status elaboratæ denominatis a Statibus Commissionibus communicandæ. Quævis Commissio ternis constat Membris. Commissiones sunt: Aerariæ rei, Civilis Justitiæ & alia Criminalis Juris, in Sessione denominantur & pro diversitate objectorum renovantur.

§. 21. Commissiones Statuum discutere possunt super propositionibus legum cum iis Status Consilii membris, quæ ad id mandato instructa; animadversiones Commissionum in Consilio Status sub præsidio præleguntur, & de utilibus modificationibus deliberatur.

§. 22. Redactio propositionum legum, per 2 Membra Consilii Status Statibus tradenda, qui postea auditis motivis deliberantur.

§. 23. Consilium Status Decreta administrationis discutienda, aut adornanda habet.

§. 24. Cognoscit de litibus quæ administrationis & Judiciaria Collegia intercedunt, porro dicitur quæstionem: an Officiales rei conventi administrationis, Juri sistendi?

§. 25. Consilium Status in ratione executionis suorum attributorum votum informativum habet; contra; in argumentis ejus indolis, ut ad Cassationis Tribunal deferantur, Consilium Status vice Cassationis Tribunalis fungitur; pro Causis controversis in negotiis administrationis Advocati penes id constituuntur.

Continuatio.

REG

Secretum

Elysium-Me

Joann

Percepti
riore mun
animi &
iis mem

„Gr
comitant
eos non
belligera
dine ho
tuariis c
tur, cu
queant
cunctæ

que is r
at, lud
utra pug
aus pac
manes a
scunt,
dium b
viorem
quæ si
cupidit